

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[11-12\] : De Vulcano](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [11-12] : De Vulcano

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[11-12\] : De Vulcano](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 06 : De Vulcano](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[11-12\] : Vulcan](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[11-12\] : Vulcan](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia \(CRIMEL, URCA ; IUF\)](#) ; [projet EMAN, Thalim \(CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle\)](#). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener Digitalisierungszentrum \(MDZ\)](#).

Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s) [Latin](#)

Pagination [p. 1034](#)

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Vulcain](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

De Vulcano Physicè.

Vulcanus verò ex aere natus dicitur, quia extenuatus aer cōvertitur in ignem, atque sic mutas elementorum mutationes per huius fabulam significabant. Cum verò ignis esset in materia, deformis esse dicebatur & impurus, quare deiectus est à Iunone, & à Thetide nymphisque marinis exceptus educandus: ex ijs enim natura fulminis, & cœlestium ignium, qui sūt in nubibus, procreatur. Atq; dictus est fulmina Ioui fabricasse, quia vapor ille, è quo eliduntur fulmina, per calorem extollitur & gignitur. Sic enim meteorologica per hanc fabulam dicebant. Idem cum Mineruam cuperet, semen in terram deiecit, quia non purus, at turbulentus in materia calor rerum omnium ortum adiuvat.

At nunc Ethicè.

Vulcanus ligavit Martem ac Venerem in rete, nempe claudus celerem, & inualidus fortissimum bellorum Deum: quia nullæ vires iniquum hominem possunt à iusta vindicta Dei protegere. Quare per hæc etiam homines hortabantur ad integritatem & ad innocentiam, & ab omni turpitudine reuocabant.

De Marte Physicè.

Martem nonnulli Solem esse voluerunt, qui cum Venere coniunctus, superueniente Vulcano præcipuè, nihil procreat. per hæc & vitam & ortum animalium in qualitatibus elementorumque symmetria consistere demonstrarunt: quippe cum per Martem linigium, per Venerem amicitiam significarent, per Vulcanum exuperantem aliquam qualitatem. Nihil enim ex vna tantum qualitate elementorum nascitur, neq; ex similibus, sed ex his temperatis & modicè inter se permistis.

At Ethicè.

Mars nascitur è Iunone opulentiz Dea, quòd ex opibus omnis est contentio, cum aliquando causæ aliæ iniuriarum partim à principibus fingantur. Nutritus fuit apud barbaras nationes à Thero nutrice, quæ feritas est, quia beluarum magis quam hominū proprium sit armis dimicare, quæ sibi inuicem ratione persuadere nō possunt: cum lex hominum regina sola esse debeat, quòd honorificentissimum telum sit innocentia & æquitas.

De